

struallum relictum esse praesidium, ut potius ex hac sola blasphemia ipsorum dogmata, quam re-
ctissime judicari, ac dexterrime refutari queant:
id quod $\xi\upsilon\nu\ \theta\epsilon\omega$ in omnium articulorum $\alpha\nu\alpha\lambda\upsilon\sigma\epsilon\iota$ ad oculum demonstrabimus

83. Quamquam prolixâ demonstratione mi-
nimè opus esse videtur, cum hoc ipsum modernorum
Sacramentariorum Coryphæi, suis succes-
soribus hac in parte candidiores haud qua-
quam dissimulaverint: Cinglius certè socium
se se Confessionis Augustanæ profiteri, ingenuè
olim recusavit: Calvinus Augustanæ Confes-
sionis, in regno Galliae profitendæ libertatem, o-
lim à Rege oblatam repudians, facem eam esse
dixit, quâ vniversa Gallia conflagratura sit.
Beza non nisi commodâ admissa interpretatione,
subscribere se illi posse, disertè affirmavit.

Calv. Epi-
stola. 3 1 3.
ad Bez. Be-
za in Epist.
ad Dudici-
um polo-
num.

84. Consimiliter Helvetij subscriptionis
calculo eandem Confessionem approbare semper
detractarunt: imò Concordiam etiam anni 36.
Confessioni nostræ $\omicron\mu\acute{o}\psi\eta\phi\omicron\nu$, multum licet
hoc suadente Bucero, admittere tamen nolu-
erunt.

85. Vbi illud $\epsilon\nu\ \pi\alpha\rho\acute{o}\delta\omega$ de Spiritu Buceri
quo in persuadendis Helvetiis est usus, notandum
quod Lavaterus scriptor Sacramentarius memo-
riæ prodidit: Bucerus, inquiens, tunc tem-
poris ambiguis & obscuris loquendi for-
mulis

mulis